



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Basileus Ep. Mart. 26. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

niaque certant, ut de Homeri cunis Græciae urbes, līte tantò sanctiore, quantò dignior est, qui Christi, quām qui Achiliis prælia scripsit. Ex Brev. Rom. & S. Hieron.

Sic est vita nostra, quasi homo in domo alienâ, nesciens quâ horâ vel die dominus domûs dicat, vade foras, quia non est domus tua, in qua es. O saculum vnum! quid nobis tanta promittis, dum decipis? Auctor serm. ad Fr. in Eremo.

S. BASILEUS EP. MART. 26. Aprilis.

Scelus heu! ingens, juventus. Tuis manibus tuam occidis, eheu! toties castitatem, cum olim viri sancti occidere pro alienâ non dubitarent. Prodeat BASILEVS, & dum pro alienâ pudicitâ pugnat, pugnare pro nostrâ nos doceat. Erat Licinio Imperatori in Parthenone virgo, virginis nomen Glaphyra, addictissima Christo & castrati. Huic insidias tyrannus Cupido per alterumtyrannum Licinium moliebatur. Glaphyra ab amore docta fugere, ipsa quoque alas assumit, & ad Episcopum BASILEVM abit. Sed nihil latet ex cum licet Amorem. Proditur virgo apud Imperatorem, & unâ virginis custos Pontifex, & jubet utrumque vinclum adduci Licinius. Commodum Glaphyra morte beatâ vincula effugit, sed subit BASILEVS vas pretiosi pudoris. mox jubetur aut fidem aut caput ponere. Nec multum ille apud animum suum deliberat, abjicit caput, ut fidem servet. Utrumque & caput & truncum corpus seorsim in mare proturbant carnifices. Sed qui aut corpus aut caput Martyris periret, si neque unus ex hoc capillus est peritus? Angelus Elpidophoro viro Christiano in cælis animum BASILEI,

in

6. April.
ciæ ur.
est, qui
Ex Breu.
nâ, m.
vade fo.
lum va.
Auctor
prilis.
ianibus
1, cum
dubita.
ā pudi.
t. Era
virgini
caſtitat
umty
bamo
, & ad
et cæ
npera
z jubet
mmo
it, sed
ubetur
e apud
fidem
corpus
qui au
e unus
lpido
SILEI,
in

27. April. VITÆ SANCTORVM. 211
in undis corpus monstrat. Ergo illi cum piscatori-
bus ita convenit, ut quidquid demum prehensum
id loci verriculo esset, suum esset. Mox BASILEVS
extrahitur, non jam minutus capite, sed planè in-
teger. Una tantum & illa rubea linea ornabat, non
inficiebat cervicem, ut Glaphyra è Servatoris sui
collo præmium, monile hoc videatur suspendisse.
Ex Surio.

Habet acies Christiana potentes munitiones & armæ
viætricia; Deo scilicet instruente milites suos, ut spiritu
veritatis mansuetudo iram, largitas avaritiam, benigni-
tas extinguat invidiæ. S. Leo s. 7. de Jejun. 10. Mens.

S. SITA VIRGO. 27. Aprilis.

Prope Lucam in Hetruriâ nata SITA servitu-
tem Fatinellorum familiæ, imò verius egenis
servivit. Nam his ferè suum victum cessit, & quod
unum in servâ supererat opis, pro mendicis quo-
tidie apud dominos mendicavit, præclaram mer-
caturam dictitans (& mercatores erant) ingens
cælum tantillo emere. Et verò liberali dextræ,
cùm nihil aliunde suppeteret, Numen suggessit.
Ita sitienti rogatori cùm aquam se porrexisse cre-
deret, vinum propinavit. Alteri cùm fabas venden-
das gratis dedisset, nihil tamen dominus superve-
niens abesse comperit, mensuram cælo, ut promi-
serat, remetiente. Vestem quoque pellibus subdu-
ctam, & commodatam ab hero, nudo ipsa com-
modavit. Nec fefellit. Retulit hic cùm irasperetur
Herus SITÆ, & ex oculis disparens docuit, nulli
securius rem credi, quàm cælo. Alias deprehensa
panis reliquias miseris ferre, quò oculos domino-
rum falleret, tantisper in flores vertit, gratissimos
deinde esurientibus odores. Suum verò, hoc est,

vir-